

sinceri. Quindi anche la prima redazione del *Liber pontificalis* ha il suo valore e molto più ne hanno le vite più recenti aggiunte da mani diverse lungo i secoli del medio evo.

Non v'ha però fra tutti quelli che abbiamo già ricordato una serie di documenti così strettamente connessi colle catacombe come le topografie e gli indici di queste: onde per comodo dei lettori dopo aver dato dei medesimi le generali notizie, darò per intiero il testo dei principali.

Il de Rossi chiama questi itinerari la chiave topografica della Roma sotterranea (1). Essi sono i seguenti:

La topografia che Willelmo di Malmesbury scrittore del secolo XII inserì nelle sue *Gesta regum Anglorum* narrando la venuta a Roma dei pellegrini e dei crociati sotto Urbano II. Il Bosio conobbe quel documento, il cui miglior testo fu edito in Londra nel 1840 (2).

Il codice topografico del monastero di Einsiedlen che pubblicò il Mabillon nel tomo IV dei *Vetera Analecta* (anno 1685) ove v'hanno alcuni brani d'un itinerario e di una topografia di Roma cristiana ed inoltre una intera topografia cimiteriale.

Un'altra topografia cristiana di Roma cristiana fu trovata dall'Echart in un codice di Würzburg intitolato: *De locis sanctorum martyrum quae sunt foris civitatis Romae* e che fu stampata nel 1729 nei *Commentarii de Rebus Franciae Orientalis* t. I, p. 831 - 33.

Nel 1777 il monastero di s. Emmeramo pubblicò coi suoi tipi tra le appendici alle opere di Alcuino due topografie dei sepolcri dei martiri attorno a Roma: sono opuscoli anonimi provenienti da un manoscritto di Salisburgo, onde il p. Marchi di ch. me. usò chiamarli *itinerari Salisburgesi*; il primo ha il titolo: *Notitia ecclesiarum urbis Romae*, l'altro è intitolato: *De locis sanctis martyrum quae sunt foris civitatem Romae*, il quale ultimo opuscolo è similissimo a quello scoperto dall'Echart. A questi documenti si può aggiungere un altro

(1) De Rossi, *Roma sott.* I, p. 134.

(2) Will. Malm., *Gesta Regum Anglorum* Th. Duffus Hardy.

pure pregevolissimo cioè l'itinerario percorso ai tempi del Magno Gregorio da un pio pellegrino di nome *Ioannes Abbas* che in vasellini raccoglieva le stille d'olio dei lumi che ardeano nelle cripte storiche delle catacombe. Nel tesoro di Monza si conservano ancora quei vasellini con tioletti, *pittacia*, in ciascuno dei quali si legge ancora di proprio pugno scritto il nome dei martiri ai cui sepolcri quell'olio si riferisce e con l'indice separato o riassuntivo dei medesimi; *Index oleorum quae collegit Ioannes Abbas* (1). Quegli olii furono inviati a Teodolinda regina de' Longobardi; il loro indice è l'unico documento fra i qui ricordati che possediamo ancora nel suo originale manoscritto.

Innanzi di pubblicare l'intiero testo di alcuni fra questi così preziosi documenti darò un cenno col de Rossi circa l'età e il valore di coteste quattro principali topografie dei sepolcri dei martiri in Roma.

La topografia di Willelmo di Malmesbury, benchè inserita in un'opera del secolo XII, è uno scritto assai più antico; ivi sono descritti i sepolcri del nostro suburbano prima che vi fossero tolti i corpi dei martiri nei secoli ottavo e nono: è adunque anteriore all'epoca di quelle maggiori traslazioni; è un documento insomma scritto fra il 648 e il 682.

Il codice di Einsiedlen fu scritto nella seconda metà del secolo ottavo, come ricavasi dalla descrizione che fa di Roma prima che Leone IV fondasse la città leonina.

Il codice wirceburgense è la fonte del secondo salisburgense intitolato, *de locis sanctis martyrum quae sunt foris civitatem Romae*, come mostra la quasi identità dei titoli d'ambidue. Essi sono un'epitome interpolata poi del libro intitolato: *De locis sanctorum martyrum*, donde hanno avuto origine il secondo codice salisburgense e il wirceburgense. Insomma uno solo degli itinerari salisburgense ci si presenta in alcuni codici puro, ed in un terzo esemplare da varie mani interpretato ed accresciuto. Il primo dei due opuscoli fu manifestamente fatto

(1) V. Marini, *Papiri Diplom.* p. 237. n. CXLIII.

sotto Onorio I (a. 625 - 638). Contemporaneo o di poco posteriore è il secondo che il De Rossi ha confrontato da tre codici (1).

Questi itinerari sono veri appunti o memorie fatte da testimoni oculari, i quali scrissero tutto ciò che essi videro coi loro occhi. Essi hanno somma autorità topografica, unita ad una grande semplicità; in alcuni è perfino indicato l'oriente e l'occidente, il mezzogiorno e la tramontana; in altri si accenna alla destra e alla sinistra della via, si numerano i gradini che si dovevano discendere, si distinguono i santuarii superiori dagli inferiori, si accenna alla distanza interna fra una cripta e l'altra.

Premesse queste notizie generali sui codici topografici della Roma sotterranea, veniamo a riprodurre per intero il testo dei più importanti.

(1) De Rossi, *Roma sott.* t. I, p. 145.



## TESTO

### DELLE PRINCIPALI TOPOGRAFIE DEI SEPOLCRI DEI MARTIRI (1)

#### I.

### ITINERARIUM SALISBURGENSE

#### VIA FLAMINIA

Deinde intrabis per urbem ad aquilonem, donec pervenies ad portam flamineam, ubi s. Valentinus m. quiescit via flaminea in basilica magna, quam Honorius reparavit, et alii mm. in aquilone plaga sub terra.

#### VIA SALARIA VETVS

Deinde vadis ad orientem donec venias ad ecclesiam Iohannis m. via Salinaria, ibi requiescit Diogenus m. et in altero cubiculo Bonifacianus, et Fistus m. sub terra, sub terra Blastus m.: deinde Iohannis m., postea Longuinus m. Deinde vadis ad australem via Salinaria donec venies ad s. Ermetem, ibi primum pausat (in) bas(ilica) Bas(silissa) virgo et martyr in altera et m. Maximus et s. Hermes m. longe sub terra. Et in altera spelunca Protus m. et Iacintus, deinde Victor m. Postea eadem via pervenies ad s. Pampulum m. xxiii gradibus sub terra.

#### VIA SALARIA NOVA

Deinde venies ad s. Felicitatem altera via, quae similiter Salaria dicitur, ibi illa pausat in ecclesia sursum, et Bonifacius pp. et martyr in altero loco, et filii (*lege filius*) eius sub terra deorsum. Deinde eadem via pervenies ad eccl. s. Saturnini pp. et m. in altera ecclesia Daria virgo et m. pausat et Crisanti m. Postea pervenies eadem via ad speluncam ubi s. Hilaria m.: deinde eadem via ad s. Alexandrum m. ibi pausant Theodolus et Eventus et longe in interiore spelunca Alexander m. requiescit. Postea ascendens eadem via ad s. Silvestri ecclesiam ibi multitudo sanctorum pausat: primum Silvester sanctus pp. et confessor et ad pedes eius s. Syricus pp. et in dextera parte Celestinus pp. et Marcellus ep.; Philippus et Felix mm.: et multitudo sanctorum sub altare majore et in spelunca Crescencius martyr, et in altera s. Prisca martyr et Fimitis pausat in cubiculo quando exeas, et in altera s. Potenciana martyr et Praxidis.

(1) Questi testi e i loro titoli, sono tolti dalla *Roma Sotterranea* del chmo de Rossi, t. I, p. 176 e segg.

VIA NONENTANA

Et postea vadis ad orientem quousque pervenies ad s. Emerentianam martyrem quae pausat in ecclesia sursum, et duo martyres in spelunca deorsum Victor et Alexander. Deinde via Numentana ad ecclesiam s. Agnae quae formosa est, in qua sola pausat et ipsam episcopus Honorius miro opere reparavit.

VIA TIBURTINA

Postea illam viam demittis et pervenies ad s. Ypolytum m. qui requiescit sub terra in cubiculo, et Concordia mulier eius m. ante fores, altero cubiculo s. Tryphonia regina et m. et Cyrilla filia eius et m. quas meditus (*lege Messius: antiqua manus in margine scripsit Claudius*) Decius interfecit uxorem et filiam, et s. Genisius m. Postea pervenies ad ecclesiam s. Laurentii, ibi sunt magnae basilicae duae in quarum quis specioriem et pausat, et est parvum cubiculum extra ecclesiam in hoc occidentur (*Haec corrupta sunt*). Ibi pausat s. Abundius et Herenius m. via tiburtina; et ibi est ille lapis quem tollent digito multi homines nescientes quid faciunt. Et in altera ecclesia sursum multi martyres pausant. Prima est Cyriaca sancta vidua et martyr, et in altero loco s. Iustinus et iuxta eum s. Crescentius m. et multitudo sanctorum, longe in spelunca deorsum S. Romanus m. Postea ascendes ad ecclesiam s. Agapiti martyris et diaconi s. Syxti papae.

VIA LABICANA

Ad Helenam via Campana multi martyres pausant. In aquilone parte ecclesia Helenae primus Tiburtius martyr. Postea intrabis in speluncam ibi pausant ss. martyres Petrus presbiter et Marcellinus martyr. Postea in interiore antro Gorgonius m. et multi alii, et in uno loco in interiore spelunca XL mm. et in altero XXX mm. et in tertio IIII coronatos et s. Helena in sua rotunda.

VIA LATINA

Deinde pervenies ad s. Gordianum m. cuius corpus requiescit sub altare magno in ecclesia s. Epimachi, et Quintus et Quartus mm. iuxta ecclesia(m) in cubiculo pausant, et longe in antro Trofimius m. Deinde pervenies eadem via ad speluncam, hic requiescit . . . . . Eadem via s. Eugenia virgo et m. in cubiculo ecclesiae pausat et in altero loco Emissus m.

VIA APPIA

Postea pervenies via Appia ad s. Sebastianum m. cuius corpus iacet in inferiore loco, et ibi sunt sepulera apostolorum Petri et Pauli, in quibus XL annorum requiescebant. Et in occidentali parte ecclesiae per gradus

descendis ubi s. Cyrinus pp. et m. pausat. Et eadem via ad aquilonem ad ss. mm. Tiburtium et Valerianum et Maximum. Ibi (intrabis in speluncam magnam et ibi *addita in margine*) invenies s. Urbanum episcopum et confessorem, et in altero loco Felicissimum et Agapitum martyres et diaconos Syxti, et in tertio loco Cyrinum martyrem, et in quarto Ianuarium m. Et in tertia ecclesia rursus, s. Synon m. quiescit. Eadem via ad s. Caeciliam, ibi innumerabilis multitudo mm. Primus Syxtus pp. et m. Dionisius pp. et m., Iulianus pp. et m., Flavianus m., s. Caecilia virgo et m., LXXX martyres ibi requiescunt deorsum. Geferinus pp. et confessor sursum quiescit. Eusebius pp. et m. longe in antro requiescit. Cornelius papa et m. longe in antro altero requiescit. Postea pervenies ad s. virginem Soterem et m. (eadem via venis ad ecclesiam parvam ubi decollatus est s. Xystus cum diaconibus suis: *addita in margine*) cuius corpus jacet ad aquilonem.

VIA ARDEATINA

Et dimittis viam Appiam et pervenies ad s. Marcum pp. et m., postea ad s. Damasum pp. et m. via Ardeatina et ibi in altera ecclesia invenies duos diaconos et mm. Marcum et Marcellianum fratres germanos cuius corpus quiescit sursum sub magno altare. Deinde descendis per gradus ad ss. mm. Nereum et Achilleum.

VIA OSTIENSIS

Et sic vadis ad occidentem et invenies s. Felicem ep. et m., et descendis per gradus ad corpus eius, et sic vadis ad s. Paulum via Ostensi, et in australi parte cerne ecclesiam s. Teclae supra montem positam, in qua corpus eius quiescit in spelunca in aquilone parte.

VIA PORTVENSIS

In occidentali parte Tiberis ecclesia est b. Felicis m. in qua corpus eius quiescit, et Alexandri m. (et s. Sabinae m. Deinde etiam in aquilone parte ecclesiae s. Pauli paret ecclesia s. Aristi et s. Christinae et s. Victoriae ubi ipsi pausant). (*haec verba sunt in margine*). Deinde descendis ad aquilonem et invenies ecclesiam s. Candidae v. et m., cuius corpus ibi quiescit. Descendis in antrum et invenies ibi innumerabilem multitudinem mm., Pumenius m. ibi quiescit et Milix m. in altero loco, et omnis illa spelunca impleta est ossibus mm. Tunc ascendis et pervenies ad s. Anastasium pp. et m., et in alio Polion m. quiescit. Deinde intrabis in ecclesiam magnam; ibi ss. mm. Abdo et Sennes quiescunt. Deinde exea et intrabis ubi s. Innocentius pp. et m. quiescit.

VIA AVRELIA

Deinde ambulas ad s. Pancratium cuius corpus quiescit in formosa ecclesia via Aurelia, quam s. Honorius pp. magna ex parte reaedificavit, et in illa ecclesia intrabis longe sub terra et invenies Ardhimum m., et

in altero loco s. Paulinum m. et in altero antro s. Sobiam martyrem et duae filiae eius Agapite et Pistis martyres, et ascendis sursum et pervenies ad ecclesiam, ibi quiescunt s. Processus et Martinianus sub terra, et s. Lucina virgo et m. in superiori. Deinde pervenies eadem via ad ss. pontifices et martyres duos Felices. Postea eadem via pervenies ad ecclesiam; ibi invenies s. Calistum pp. et m. et in altero (loco) in superiori domo s. Iulius pp. et m.

VIA CORNELIA

Et sic intrabis via Vaticanam, donec pervenies ad basilicam b. Petri, quam Constantinus imperator totius orbis condidit, eminentem super omnes ecclesias et formosam, in cuius occidentali plaga beatum corpus eius quiescit.

II.

Epitome libri DE LOCIS SS. MARTYRUM  
e codicibus salisburgensibus et wirceburgensibus

VIA FLAMINIA

K. Inde prope (*i. e. prope eccl. s. Iohannis ad clivum Cucumeris\**) iuxta viam Flamineam apparet ecclesia mirifice ornata s. Valentini m. ubi ipse corpore jacet et multi sancti ibidem sunt sepulti. (*Interpolator ex itineralio addidit in aquilonali plaga.*)

VIA SALARIA VETVS

K. Inde haud procul (*i. e. ab eccl. s. Michaelis mill. VII*) in occidente iuxta viam [eandem] (*i. e. Salariam*) in cryptis sub terra LXXX gradibus s. Pamphilus et s. Candidus, sanctusque Cyrinus cum multis martyribus jacet. K. Et inde in occidentem tendentibus apparet basilica s. Hermes ubi ipse m. jacet [longe in terra]. Ibi sunt s. Crispus et s. Herculanus et s. Maximilianus et s. Basilessa et s. Iacintus (K. In altera spelunca s. Yacinctus) et s. Protus [s. Victor] et s. Leopardus cum multis mm. sepulti. K. Inde non longe est in occidente eccl. s. Iohannis m. ubi caput ejus in alio loco sub altare ponitur, in alio corpus: ibi s. Diogenes et s. Fistus et s. Liberatus et s. Blastus et s. Maurus et s. Longina mater Iohannis sunt sepulti [et alii mille CCXXII mm.] (*singulari manu additum.*)

VIA SALARIA NOVA

K. Iuxta viam Salariam eccl. est s. Felicitatis ubi ipsa jacet corpore ibi et Sillanus filius eius unus de VII est sepultus et Bonifacius [pp.] cum multis sanctis ibi dormiunt. K. Iuxta eandem viam s. Saturninus [pp.] cum

\* Verba intra parentheses clausa sunt interpolata vel in margine addita.

multis martyribus dormit, (in alia quoque eccl. s. Chrysantus et Daria virgo et LXII mm) propeque ibi s. Alexander et s. Vitalis sanctusque Martialis, qui sunt tres de septem filiis Felicitatis, cum multis martyribus jacet (ibi in interiore spelunca s. Theodolus et Eventus). Ibi et VII virgines id est s. Saturnina et s. Hilaria, s. Dominanda, s. Serotina, s. Paulina, s. Donata, s. Rogantina requiescunt. K. Iuxta eandem viam Salariam s. Silvester requiescit [ad pedes eius s. Siricius pp.] et alii quamplurimi id est s. Caestinus, s. Potentiana, s. Praxedis, s. Marcellus (eps.) s. Crescentianus, s. Maurus, s. Marcellinus, s. Prisca (sancta Fimitis), s. Paulus, s. Felicis unus de septem, s. Philippus unus de septem, s. Semetrius et in una sepultura CCCLXII (al. CCCLXV) (sub altare maiore). Per eandem quoque viam venit ad ecclesiam s. Michaelis septimo milliario ab Urbe.

VIA NOMENTANA

K. Iuxta viam Numentanam est s. Nicomedes et iuxta eandem viam basilica s. Agnes mirae pulchritudinis ubi ipsa corpore jacet, propeque ibi soror eius Emerentiana; in alia tamen basilica dormit. Ibi quoque (in) singulari ecclesia Constantia Costantini filia requiescit: sanctusque Alexander, s. Felicis, s. Papia, s. Victor et alii multi ibi dormiunt.

VIA TIBURTINA

K. Iuxta viam tiburtinam (prope murum civitatis ecclesia est s. Ianuarii episcopi et martyris, eademque via) ecclesia est s. Agapiti multum honorabilis martyrum corporibus. K. Et prope eandem viam ecclesia est s. Laurentii maior, in qua corpus eius primum fuerat humatum, et ibi basilica nova mirae pulchritudinis, ubi ipse modo requiescit. Ibi quoque sub eodem altare Abundus est depositus, et foris in portico lapis est, qui aliquando in collo eiusdem Abundi pendeat in puteum missi: ibi Here-neus, Iulianus, Primitivus, Tactus, Nemeseus, Eugenius, Iustinus, Crescentianus, Romanus sunt sepulti et s. Cyriaca, s. Simferosa et Justina cum multis martyribus sunt sepulti. K. Inde in boream sursum in monte basilica s. Hippolyti est, ubi ipse cum familia sua tota XVIII martyres jacet. Carcer ibi est in quo fuit Laurentius. Ibi est Triphonia uxor Decii Caesaris et Cyrilla filia eius: inter utrasque Concordia et s. Geneseus et multi martyres ibi sunt.

VIA LABICANA

K. Iuxta viam vero Lavicanam ecclesia est s. Helenae, ubi ipsa corpore iacet. Ibi sancti isti dormiunt, Petrus, Marcellinus, Tiburtius, ss. XXX milites, Gorgonius, Genuinus, Maximus, IV Coronati id est Claudius, Nicostratus, Simpronianus, Castorius, Simplicius: ibi et in cryptis sub terra innumera martyrum multitudo sepulta iacent.

K. (Iuxta viam vero Praenestinam iuxta aquaeductum, ecclesia est s. Stratonici episcopi et m. et s. Castoli quorum corpora longe sub terra sunt sepulta).

VIA LATINA

K. Iuxta viam vero Latinam ecclesia est s. Gordiani ubi ipse cum fratre Epimacho in una sepultura. Ibi quoque Quartus et Quintus: ibi Sulpitius et Servilianus et s. Sophia et Throphimus cum multis martyribus sepulti dormiunt. K. Et iuxta eandem viam Tertuliani est basilica ubi ipse cum multis martyribus jacet. Ecclesia quoque s. Eugeniae iuxta eam viam est, ubi ipsa cum matre sua in uno tumulo jacet: ibi s. Stephanus pp. cum toto clero suo numero XXVIII martyres: ibi s. Nemeseus, s. Olimphius, s. Simpronius, s. Theodolus, s. Superius, s. Obloteris, s. Tiburticanus martyres sunt sepulti (et eadem via ecclesia est s. Stephani protomartyris).

VIA APPIA

K. Iuxta viam Appiam in orientali parte civitatis ecclesia est s. Suteris martyris, ubi ipsa cum multis martyribus jacet, et iuxta eandem viam ecclesia est s. Syxti pp. ubi ipse dormit. Ibi quoque et Caecilia virgo pausat, et ibi s. Tarsicius et s. Geferinus in uno tumulo jacent, et ibi s. Eusebius et s. Colocerus et s. Parthenius per se singuli jacent et DCCC martyres ibidem requiescunt. K. Inde haud procul in coemeterio Calisti, Cornelius et Cyprianus in ecclesia dormiunt. (Et in altera spelunca s. Calocerus diaconus).

K. Iuxta eandem viam quoque ecclesia est multorum sanctorum, idest Ianuarii qui fuit de septem filiis Felicitatis maior natu, Urbani, Agapiti, Felicissimi, Cyrini, Zenonis fratris Valentini, Tiburtii, Valeriani (et Maximi), et multi mm. ibi requiescunt. K. Et iuxta eandem viam ecclesia est s. Sebastiani m. ubi ipse dormit, ubi sunt sepulturae apostolorum in quibus XL annos quieverunt. Ibi quoque et Cyrinus m. est sepultus.

VIA ARDEATINA

K. Iuxta viam Ardeatinam ecclesia est s. Petronellae; ibi quoque s. Nereus et s. Achilleus sunt et ipsa Petronella sepulti. K. Et prope eandem viam s. Damasus pp. depositus est, et soror eius Martha. Et in alia basilica non longe Marcus et Marcellianus sunt honorati, et adhuc in alia ecclesia alius Marcus cum Marcellino in honore habetur.

VIA OSTIENSIS

K. In parte australi civitatis iuxta viam Ostensem Paulus apostolus corpore pausat, et Timotheus ep. et m., de quo meminit liber Silvestri, ibidem dormit, et ante frontem eiusdem basilicae oratorium est Stephani m. Lapis ibi quo lapidatus est Stephanus, super altare est positus.

K. Inde haud procul in meridiem monasterium est aquae Salviae, ubi caput s. Anastasii est, et locus ubi decollatus est Paulus. Prope quoque basilicae Pauli, ecclesia s. Teclae est ubi ipsa corpore jacet.

K. Et non longe inde ecclesia s. Felicis est, ubi ipse dormit cum quo, quando ad coelum migravit pariter properabat Adauctus, et ambo requiescunt in uno loco. Ibi quoque et Nomeseus m. cum plurimis jacet.

VIA PORTVENSIS

K. Iuxta viam vero Portuensem, quae et ipsa in occidentali parte civitatis est s. Abdon et s. Sennes sesque Milex et s. Vincentius, s. Polion, s. Iulius, s. Pymeon, s. Felix, s. Simplicius, s. Faustinus, s. Beatrix dormiunt.

VIA AVRELIA

K. Inde haud procul in sinistra manu iuxta viam Aureliam s. Processus, s. Martianus, s. Pancratius, s. Paulinus, s. Arthemius, s. Felix, s. Calistus, s. Calopus cum multis sepulti jacent.

VIA CORNELIA

Primum Petrus, in parte occidentali civitatis iuxta viam Corneliam ad miliarium primum in corpore requiescit, et pontificalis ordo, excepto numero paucis, in eodem loco in tumbis propriis requiescit. Ibi quoque iuxta eandem viam sedes est apostolorum et mensa et recubitus eorum de mare facta usque hodie apparet. Mensa quoque, modo altare quam Petrus manibus suis fecit, ibidem est.

K. Iuxta eandem quoque viam s. Rufina, s. Secunda, s. Maria, s. Marius, s. Ambacu, s. Audafax et alii quamplurimi sancti iacent.

III.

NOTITIA PORTARUM, VIARUM, ECCLESiarUM,  
CIRCA URBEM ROMAM  
e Willelmo Malmesburiensi

VIA FLAMINIA

Secunda porta Flaminea, quae modo appellatur s. Valentini, et Flaminea via, et cum ad pontem Molbium pervenit vocatur via Ravennana quia ad Ravennam ducit. Ibi in primo milliaro foris s. Valentinus in sua ecclesia requiescit.

VIA SALARIA VETVS

Tertia porta Porticiana (*lege* Pinciana) et via eodem modo appellata, sed cum pervenit ad Salarium nomen perdit: et ibi prope in eo loco qui dicitur cucumeris requiescunt mm. Festus, Iohannes, Liberalis, Diogenes,